

#### IV. M. FABIVS QVINTILIANVS: LEBEN

##### 1. Quintilians Lehrberuf

(a) **Hier. ad ann. 2104 (88 n. Chr. [fälschlich]):** Quintilianus ex Hispania Calagurritanus primus Romae publicam scholam et salarium e fisco accepit et claruit.

(b) **Suet. Vesp. 18:** [scil. Vespasianus] primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit.

(c) **Mart. 2,90,1 (im Jahr 86):** Quintiliane, vagae moderator summe iuventae, / gloria Romanae, Quintiliane, togae.

##### 2. Quintilians Karriere und Ehrungen

(a) **Plin. epist. 4,11,2:** „Quos tibi, Fortuna, ludos facis? Facis enim ex senatoribus professores, ex professoribus senatores.“

(b) **Iuv. 7,197f.:** si Fortuna volet, fies de rhetore consul; / si volet haec eadem, fiet de consule rhetor.

(c) **Auson. grat. act. 31:** Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus honestamenta nominis potius videtur quam insignia potestatis habuisse.

##### 3. Quintilian als Gerichtsredner (Quint. inst. 7,2,24)

[über den Fall des Naevius Arpinianus] cuius actionem et quidem solam in hoc tempus emiseram, quod ipsum me fecisse ductum iuvenali cupiditate gloriae fateor. Nam ceterae, quae sub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quaestum notariorum corruptae minimam partem mei habent.

##### 4. Quintilian als Deklamator (Quint. inst. 11,2,39)

Nam sicut facilius versus ediscimus quam prorsam orationem, ita prorsae vincta quam dissoluta. Sic contigit, ut etiam quae ex tempore videbantur effusa, ad verbum repetita reddantur. Quod meae quoque memoriae mediocritatem sequebatur, si quando interventus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coegisset. Nec est mendacio locus, salvis, qui interfuerunt.

##### 5. Plinius der Jüngere als Schüler Quintilians (Plin. epist. 2,14,9)

Ita certe ex Quintiliano praeceptore meo audisse me memini.